



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii  
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis  
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori  
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad  
Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,  
Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon  
Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,  
apprimè utile ...

In qua præter formulas Declaratoriarum Censurarum, ponuntur aliæ  
formulæ, tum Citationum, ac Monitionum pro validitate processuum  
requisitarum, tum Decretorum, aliorumve actuum ad opportunitatem, &  
ornatum materiæ incidentium; acceditque in calce Appendix miscellanea,  
plura, ad Gubernium ...

**Monacellus, Franciscus**

**Venetiis, 1709**

§. III. De excommunicationibus non reservatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62433)

quant in Officio Clemente multorum §. *Verum de hæret.*

Officiales, & Ministros Cameræ Apostolicæ non reddentes integra computa, *Bulla Pauli III. 40. Cum sicut.*

Officiales Penitentiarie recipientes pro expeditionibus aliquid, etiam sponte oblata à partibus *Bulla Pii V. 83. in omnibus §. Omnes.*

Gubernatores Civitatum, & locorum Status Ecclesiastici, recipientes munera præter comestibilia *Bulla Pauli II. 3. munera.*

13 Excommunicationes autem provenientes à jure, vel Bullis, & Decretis Apostolicis, quæ nemini reservatæ reperiuntur, sunt infra scriptæ.

*Contra omnes §. III.*

Magistros, & Scholares Bononiæ conducentes Domos alterius Scolastici, vel Doctoris ante tempus conductionis elapsam *c. 1. de locato.*

Habentes ratas Ordinum, & Beneficiorum collationes factas à Schismaticis *c. 1. de schismat.*

Vexantes, & gravantes Ecclesiasticos, vel eorum Consanguineos, ex quo eum pro quo rogabantur, non elegerint *cap. sciant. de elect. in 6.*

Occupantes, & usurpantes prætextu defensionis; bona Ecclesiæ vacantis, vel titulo regalitatis *c. generali tit. eod. nisi in fundatione consensu Diæcesani Statutum esset, ut fructus ipsius Ecclesiæ cum vacabit, Patronus seu fundator faciat suos, nam hoc sibi reservare potest c. generali de elect. ubi glos. verb. fundatione in 6.*

Præsidentes, & Directores Monialium ponentes, vel nutriendos discordias in electione *can. indemnitatibus §. Postremo tit. eod.*

Procurantes ut Conservatores Regularium, se intromittant in aliis causis, quàm in manifestis injuriis, & violentiis *c. fin. de offic. deleg. in 6.*

Extorquentes revocationem, vel abolitionem à censuris per vim, & metum *c. 1. de his quæ vi met. caus. in 6.*

Judices accedentes ex causa ficta ad mulieres pro excipiendo testimonio *c. 2. de judic. in 6.*

Laicos compellentes Ecclesiasticos, ut sibi submittant jura Ecclesiæ *c. 2. de reb. Eccles. non alien. in 6.*

Exigentes pedagia, &c. ab Ecclesiasticis personis *c. quamquam de cens. in 6.*

Doctores, five magistros docentes legem, vel medicinam Religiosos *c. 2. ne cleric. vel monac. in 6.*

Sepellientes in loco Sacro scienter hæreticos *c. 2. de hæret. in 6.*

Mandantes interfici Christianum per Assassinos *c. 1. de homic. in 6.*

Concedentes represalias, vel concessas extendentes contra Ecclesiasticos *c. unico de injur. in 6.*

Impedientes sequestrum factum ab Ordinario super Beneficio, vel fructus occupantes *Clem. unic. de sequestr. possess.*

Sepellientes scienter in loco religioso tempore Interdicti, nominatim interdictos, publice excommunicatos, aut usurarios manifestos *Clem. 1. de sepulcr.*

Impedientes Visitatores Monialium *Clem. Attendentes, de Stat. Monach.*

Contrahentes scienter matrimonium in gradu consanguinitatis, vel affinitatis prohibito, vel cum Moniali, *Cle. un. de consang.*

Impugnantes literas Papæ non coronati, *extravag. ult. de sent. excom.*

Imprimentes libros absque licentia superiorum, *Bulla 12. Leonis X.*

Edentes glossas, & scholia in Tridentinum Concilium, *Bulla Pii IV. 73.*

Afferentes non esse necessariam confessionem Sacramentalem ante susceptionem Eucharistiæ illis, quos conscientia peccati mortalis gravat habita copia confessoris, *Concil. Trid. can. 11. sess. 13. de Sac. Eccles.*

Raptores Mulierum, & fautores, *idem Concil. ibid. cap. 9.*

Cogentes, vel impediendes scæminas ingredi Monasteria *idem Concil. cap. 19. sess. 25. de regul.*

Offendentes, & vexantes personas, res, & Officia Sancti Officii, *Bulla Pii V. 82.*

Pingentes, & decorantes Agnos Dei, *Bulla 2. Greg. XIII.*

Non denunciantes S. Officio, vel Ordinario hæreticos, magos, sortilegos, & alios utentes rebus, verbis, & characteribus

ribus continentibus pactum expressum, vel tacitum cum Dæmone, *editum S. Officii.*

Non denunciantes eos, quos audiverunt blasphemare hæreticaliter Deum, Beatam Virginem, & Sanctos, *idem editum.*

*Contra Clericos.*

Se ingerentes in alterius Episcopatu, prius quam à proprio Episcopo adfiscantur, *c. quoniam de offic. ordin.*

Audientes physicam, aut leges, si sint Sacerdotes, vel personatus habentes, *c. fin. ne Cleric. vel Monac.*

Sacerdotes suscipientes officium Vicecomitis aut Præpositi Sæcularis, & non desistentes ab illo post monitionem *c. Clerici eod. tit.*

Procurantes, ut alii occupent jura, & bona Ecclesiarum vacantium, *c. generali de elect. in 6.* sed hæc censura videtur contenta in Decreto Concilii Trid. *sess. 22. cap. 11.* & ideo censetur reservata.

Contrahentes matrimonium, si sint in Sacris *Clem. unic. de consang.*

Alienantes bona Ecclesiarum, vel locantes ultra triennium, *extravag. Ambitiosa, de reb. Eccles. non alien.* verum hæc quoque censura videtur compræhensa in d. Decreto Concilii, ideo est hodie Papæ reservata.

Fidei resignantes, vel permutantes Beneficia, *Bulla Pii V. 58.*

Impugnantes in concionibus; vel disputationibus Montes Pietatis, *Bulla Leonis X. 11.*

*Contra Religiosos.*

Non adimplentes disposita in Bulla Alexandri VII. *Feltri*, in visitatione Monasteriorum Monialium eorum regimini subjectorum, *Bulla 153.*

Audientes, vel legentes extra claustra leges, & physicam *c. non magnopere*, & *cap. super specula ne clerici, vel mon. c. ut periculosa eod. tit. in 6.*

Instituentes novum Ordinem, seu Religionem aut Domum, vel locum acquirentes sine licentia Sedis Apostolicæ. *c. unic. de relig. domib. in 6.*

Professos temere habitum dimittentes, *c. 2. ne Cleric. vel Monac. in 6.*

Appropriantes sibi, vel usurpantes decimas Ecclesiis debitas, seu non permitteutes, vel prohibentes illa solvi, *Clem. 1. de Decim.*

Adeuntes Curias Principum, ut suis Prælatiis aut Monasteriis damnum inferant, *Clem. ne in agro de stat. Monac. §. quia vero.*

Tenentes arma intra claustra sine licentia Abbatum suorum, *ibidem.*

Professos matrimonium contrahentes, *Clem. unic. de consang.*

Mendicantes recipientes novas domos, & receptas alienantes, vel auditores in sermonibus suis à solutione decimarum retrahentes, *Clem. cupientes de pœnit.*

Non servantes Interdictum, sive à Papa, sive ab ordinario positum, quando observatur à Cathedrali, seu Parochiali loci Ecclesia, *Clem. 1. de senten. excommun.*

Minores transeuntes ad Capuccinos, & hos illos recipientes absque licentiâ Sedis Apostolicæ, aut Generalis ordinis, *Bulla Sixti V. 20.*

*Contra Episcopos, & Nuncios.*

Discedentes à residentia, & venientes ad Urbem clanculo, & recedentes sine licentia Papæ *extravag. 2. & 3. de major. & obedient.*

Ad principes Nuncios Apostolicos destinatos, favores ab illis procurantes ad obtinendas Dignitates, *Bulla Pii IV. 96.*

*Contra Dominos temporales.*

Prohibentes subditis, ne quidquam vendant Ecclesiasticis, aut emant aliquid ab eisdem, neque eis bladum molant, coquant panem, aut alia obsequia præstent, *can. eos qui de immunit. Eccles. in 6.*

Impedientes Episcopos, vel Inquisitores in officio Inquisitionis, aut ipsis sese opposcentes *c. ut inquisitionis, de hæret. in 6.*

Con-

Concedentes represalias contra Ecclesiasticos c. 1. de injur. in 6.

Retinentes in Italia nomen Vicarii Imperatoris vacante Imperio extrav. ag. Joannis XXII. si fratrum ne sed. vac.

Non servantes Statuta in c. felicitis de poenit. in 6. contra persecutores Cardinalium ibid.

Permittentes agitationes Taurorum in Terris suis, Bulla Pii V. 48.

Contra Magistraturam, & Judices.

Negligentes reddere justitiam Ecclesiasticis post tertiam admonitionem 12. quest. 5. can. administrationes.

Facientes fervari Statuta, & consuetudines contra libertatem Ecclesiasticam, c. noverit de sent. excom.

Extorquentes pecunias pretextu officii Inquisitionis, Clem. 2. de haeret.

Potestates, Consules, & Officiales Communitatum usuras foventes, & approbantes, Clem. unic. de usur.

Auxilium non praestantes Episcopo pro conservanda clausura monialium, Concil. Triad. sess. 25. de regular.

Rectores Universitatum promoventes ad Doctoratum, vel Professores ad Cathedras non facta prius fidei professione, Bulla Pii IV. 88.

Cardinalibus Inquisitoribus non obediens in concernentibus ad officium inquisitionis, Bulla I. Pii V.

Dantes licentiam deferendi pugiones, & aliud genus armorum brevioris mensurae trium palmorum in statu Ecclesiastico, Bulla 145. Pii V.

Et has excommunicationes enumerasse sufficiat, caeteris praetermissis, quae vel singularium locorum, vel Religionum causae serviunt, vel non sunt amplius in usu, eas autem omnes, quae reservatae non sunt, quis absolvere possit, dubium oritur.

14 Una enim sententia tenet, quod a censuris latis jure nemini reservatis, absolvere possint non tantum Episcopi, & alii Praelati jurisdictionem habentes in foro externo; sed etiam Parochi, & alii Sacerdotes potestatem habentes absolvendi a mortalibus; & hanc per text. in c. nuper de sent. excom. sequuntur Navar. in ma-

nual. Praelat. cap. 27. n. 39. Sebast. Medic. in summ. peccat. capit. de censur. tit. 9. quest. 55. Bonacin. tom. 1. de censur. in communi disp. 1. quest. 3. punct. 1. num. 9. & 10. Barbof. super d. c. nuper nu. 12. & 13. ibique Fagnan. n. 16. & 29. Pishing. in jus can. lib. .... tit. 39. num. 141. & alii cum eis.

Alia sententia (quae securior, & tutior est) sustinet, quod solus Episcopus, vel ejus Vicarius absolvat; & hanc amplectuntur Sayr. de censur. lib. 2. cap. 19. n. 12. & duob. segg. Grass. decis. aur. par. 1. lib. 4. cap. 14. num. 2. & cap. 15. num. 66. & 68. (qui testantur de communi praxi) Piafeci in prax. par. 1. cap. 1. art. 3. de cassib. Episc. reserv. n. 8. & n. 9. vers. & has excommunicationes, Lazzar. quest. can. sect. 4. quest. 14. n. 4. 5. 6. & segg. & alii plures ab eis allegari, quorum rationes sunt. Primò, quia ligare, & solvere ejusdem est potestatis, Passerin. in cap. unic. de his quae vi met. num. 11. in 6. Secundò, quia absolvere excommunicatos majori excommunicatione non competit simplici Sacerdoti confessario; sed Episcopo reservatur, ut docet gloss. communiter recepta in c. si Episcopus verb. reservatur de poenit. & remiss. & habetur etiam expressè in extrav. 1. §. observent ergo, vers. modo eodem excommunicatos de privileg. Tertio, quia potestas absolvendi hujusmodi excommunicatos, non convertit ex ordine, sed ex jurisdictione, & ad potestatem fori externi pertinet, quam nec alii Sacerdotes habent, sic illam exercere non valent, Grass. decis. aur. par. 1. lib. 4. cap. 2. num. 54.

Huicque sententiae notabiliter favet 16 gloss. in c. quicumque de sent. excom. in c. in demeritibus §. postremo de elect. in cap. unico de schismat. in cap. 1. de his, quae vi met. caus. in 6. in Clem. unic. de Stat. Monach. in Clem. unic. de consanguin. & in Clem. unic. de sequest. possess. in quibus locis gloss. firmat, quod excommunicationes majores in citatis juribus contentas, solus Episcopus absolvit.

17 Neque obstare videtur text. in d. c. nuper de sent. ex. pro contraria sententia allegatus, ubi dicitur, quod quando conditor canonis absolutionem sibi specialiter non reservat, eo ipso concessisse videatur

cur facultatem aliis relaxant: quia hæc verba textus, vel referenda sunt ad excommunicationem minorem, de qua ibi loquitur, & quam Parochus, qui est proprius Sacerdos potest absolvere, vel, ne destruantur regulæ juris, & eveniant absurda, intelligenda sunt de facultate concessa Episcopo, & ceteris Prelatis habentibus jurisdictionem in foro externo, non autem simplicibus Confessariis: dicitur enim illa *aliis*, secundum subjectam materiam est relativa similitudini, & reperit personam ejusdem qualitatis, & potestati, Barb. *dic. 26. n. 1. & duob. seqq.* Gonzal. *ad reg. 8. gloss. 3. n. 22. & seqq.* vel demum, quod simplices Sacerdotes Confessarii possint, absolvere, si eis ab Episcopo committatur. & facultas detur, ut ex Ugo lin. *de censur. cap. 1. cap. 10. §. 5.* tradit Sayr. *loco cit. n. 13.* & comprobatur Jo: Herolt. vulgo Discipulus *Serm. de tempor. serm. 69. littera I.* ubi sic ait: *à majori excommunicatione nemo potest absolvere, nisi Papa, vel Episcopus, vel aliquis de auctoritate ipsorum,* & ratio est, quia ut jam dictum fuit, in absolvendo ab excommunicatione majore, requiritur jurisdictio in exteriori foro, non autem in absolutione à peccato. Hæc inquam secunda sententia, licet mihi securior videatur, & sequenda: attamen Episcopus cautius aget, si in approbatione confessoriorum, auferat eis, & Parochis facultatem absolvendi à dictis censuris, excepta minore excommunicatione, ut habetur in actis Eccles. Mediolan. *rom. 1. par. 4. instruct. ultim. pag. 706.*

20 Absolutio autem data, & obtenta ab habente privilegium absolvendi à censuris in foro conscientie, nihil prodest in foro judiciali, neque impedimentum præstat, quin Judex possit contra eum agere, & eum excommunicatum denunciare, vel prout juris erit punire, Sayr. *de censur. lib. 2. cap. 20. num. 31.* Donat. *prax. rer. regular. part. 1. tract. 4. de violat. clausur. monast. quæst. 34. num. 1. §. & 6.* Passerin. *de electi. cap. 26. quæst. 9. nu. 95. & seqq.* Nicol. *lucubr. can. lib. 5. tit. 39. n. 43.* quamquam Judex Ecclesiasticus absolutionem in foro conscientie datam, etiam pro foro exteriori ratam habere possit, satisfacta parte, ut ajunt Passerin.

& Nicol. *in loco mox cit. vel penam minuire Graff. decis. aur. par. 1. lib. 4. cap. 15. nu. 19.* Donat. *prax. tom. 1. par. 2. tract. 4. n. 6.*

## De effectibus excommunicationis §. IV.

Primus effectus excommunicationis majoris est privatio usus activi Sacramentorum, ita ut nullus excommunicatus licet possit administrare, vel conferre per se loquendo, ullum Sacramentum, ut colligitur ex *c. ult. de cleric. excom.* Ratio est, quia Ecclesia jure potest prohibere indignis, & excommunicatis administrationem Sacramentorum, quæ ei à Christo Domino commissa est, cum sit ministerium publicum. Excipitur tamen, quod minister excommunicatus toleratus licet conferre possit Sacramenta, quoties vel gravis necessitas, vel notabilis proximi utilitas id exigit. Quare minister excommunicatus, etiam non toleratus non tantum in articulo mortis, Sacramenta Baptismi, & Pœnitentiæ si alius non adsit, licet potest administrare, sed etiam in eadem extrema necessitate aliquando sanctam Eucharistiam, vel extremam unctionem licet conferre, ut si moribundus aliud Sacramentum suscipere nequeat, ut Suar. *disp. 11. de cens. sect. 1. numer. 17.* Laym. *lib. 1. tract. 5. par. 2. n. 5.* tenet Pirhing. *in jus can. lib. 5. tit. 39. n. 13.*

Hinc notandum, quod Sacramenta administrata ab excommunicato, sive tolerato, sive non tolerato, etiam extracausam necessitatis, vel mortis periculum, sunt valida, quia ad illorum substantiam, & valorem plus non requiritur, quam propria materia, forma, & intentio ministri secundum Christi institutionem, quæ Ecclesia mutare non potest, & si adsint, ut hic supponitur, semper sunt valida. Excipitur Sacramentum Pœnitentiæ, quod administratum extra mortis articulum, ab excommunicato non tolerato, invalidum est, quia ad hoc Sacramentum validè administrandum, non sufficit potestas ordinis, sed requiritur etiam jurisdictio, quæ ab Ecclesia adimitur per censuram excommunicato non tolerato: nisi publicus error facti